



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola XLIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Plura scripſiſſem vobis, ſi ſuperfluum non videretur, eos admonere de virtutibus, quos rogare debeo, vt incedant pro peccatis meis. Sed charitas, quæ neminem ſpernit, etiam ſuſtinet. Quid plus? Iterum, iterumq; obſecro vt me in fraterno amore accipiatis in communionem orationum veſtrarum: quatenus DEVS charitatis remunerator vos accipiat in æternam gloriam regni ſui. Valete, & vult te felices in Domino IESV fratres chariſſimi.

EPISTOLA XLIV.



CEPTIS literis tuis frater ſancte, lætus de ſalute tua, ſed triftis de tribulatione, & pſequentionibus quas te pati à gente tua, in illis tuis apicibus agnovi. Attamen, beatos eſſe Domino dicente, legimus, qui pſequentionem patiuntur propter iuſtitiã. quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Quapropter ſuadeo tibi, frater venerande, vt viriliter in fide integra, & deuotione inſatigabili, pro commiſſis tibi à Chriſto ouibus certare non ceſſes: ne mercenarius fugiens, & non paſtor firmus ab ipſo Domino, & Paſtore omnium deputeris.

Matth. 5.

*Ieann. 11.
Luc. 9.*

Aspice in eum, qui pro ouibus ſuis animam ſuam poſuit, qui omnibus generaliter præcipiens dixit: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Cui gregem Chriſti abiturus relinquis? Ne hæc dico, quaſi me excuſando ad benefaciendum ſeruis DEI: ſed magis te adhortando, vt bona, quæ incepſti facere, ad finem æternæ ſalutis perducas. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Matth. 10.

Ideirco ſcripſi ad OFFANVM regem, vt te adiuuaret, & defenderet ſanctam Eccleſiam ſecundum ſuam poteſtatem, quatenus tibi liceat DEO ſeruire, & talentum tuum

multi

multiplicare in loco, vbi accepisti eum, & mercedem
 expectare perpetuæ beatitudinis, dicente Domino tuo: *Luci 19.*
 Euge serue bone, & fidelis.


EPISTOLA XLV.

Beatissimæ, & sanctissimæ DEI Genetricis
 semperque Virginis MARIÆ con-
 gregationi, & pio patri Mo-
 roaldo,

VLTIMVS SANCTÆ ECCLESIE CLI-
entellus Alcuinus in Christi charitate
salutem.

SERIVS vestræ sanctitatis audiens famam, & ideo
 me vestræ familiaritati adiungere desideravi: sed
 modò tempus opportunum occurrit per præsen-
 tem fratrem obnixis precibus me ipsum vobis commen-
 dare. Quapropter per sanctæ Virginis filium, vestram sup-
 pliciter obsecro vnanimitatem, vt me, licet indignum, ve-
 stris animis, atque manibus accipere dignemini, non qua-
 si ignotum, sed quasi fratrem. quia licet oculis carnis non
 vidissem, tamen oculis cordis vos videre videor, & valde
 diligo; honestatemque vitæ vestræ animo complector,
 studiosè cupiens vestram beatitudinem vbique gaudere
 in Domino, & ad perpetuæ pacis peruenire læticiam.

Orantes pro nobis, vos semper valete in
 Christo fratres dilectissimi.



EPI-

UCCANJ
 SII
 omj m
 SIV
 24